UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Amando ep[iscop]o. c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

niſtram impoſuit: eiſq; bñdixit. Quod ioſeph moleſte ferẽs dexterã patris de capite effraim leuare ⁊ ſup caput manaſſe tranſferre nitebat̃. Cui iacob reſpondit ſe ſcire quid faceret: nam ꝗuis manaſſes magnus futurus eſſet: ipm̃ tñ effraim ⁊ ſeminis multiplicatione ⁊ honoris dignitate ꝓcelleret. Qui poſt aui ⁊ patris exceſſum in eorum ſemine mirabiliter excreuerunt: ⁊ cum ceteris patriarchis in egypto diem extremũ cõcluſerunt. Hec ex libro geñ. ca. xlviij. ⁊ ex alijs voluminibus quibus ſupra diſperſim collecta conſcripta ſunt.

¶ De ſancto Vedaſto epo. Cap. xcix.

Vedaſtus eps attrebateñ. fuit. Qui a btõ remigio Remeñ. archiepiſcopo eidẽ vbi in epm̃ ordinatus: cum veniſſet ad portum ipſi⁹ ciuitatis: ⁊ duos pauperes vnum cecum: ⁊ aliũ claudum ad elemoſynam ſedentes inueniſſet: facta oratione cecum illuminauit: ⁊ claudum erexit. Cum autem in quadam eccleſia derelicta vepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: vt inde diſcederet: nec illuc vlterius redire preſumeret: quod ⁊ factũ eſt. ¶ Deniq; cũ verbo ⁊ exemplo multos cõuertiſſet: quadrageſimo ſui epiſcopatus anno vidit columnã igneã a celo in eius domũ deſcendentẽ. Finemq; ſuum poſt modicũ futurũ eſſe cognouit. Et circa annum dñi. cccccc. in pace requieuit. viij. idus februarij. Cum autẽ corpus eius transferretur: audomarus quidem pre ſenio cecus dolens: ꝙ corpus ſancti videre non poterat. Mox lumine recepto corpus aſpexit: ſed poſtmodum penſans hoc forte non eſſe anime ſue perutile ad votum lumen amiſit.

¶ De ſancto Amando epo. c.

Amandus eps nobilibus parẽtibus ortus: monaſterium introiuit. Qui die quadam maximũ ſerpentẽ inuenit: quẽ ſtatim virtute crucis ad foueam inde nunꝗ̃ exiturum ire coegit. Poſt hoc dum romã veniſſet: ⁊ in eccleſia ſcti petri apl'i ꝑnoctaret: cuſtos eccleſie ipm̃ irreuerẽter foras ꝓiecit. Cui poſtmodũ añ fores dormitãti beat⁹ petrus apparuit: ⁊ ad gallias ipm̃ redire mandauit. Qui cũ ibidem regẽ godobertũ de ſuis criminibus diuinitus admonitus increparet: rex ipm̃ de regno ſuo eiecit. Cum aũt rex filiũ non haberet: ⁊ amãdus ſibi oratiõe natũ a dño impetraſſet. Diſpoſuit rex: vt eũ ab amãdo baptizari faceret. Queſito igitur ſancto ⁊ ad regẽ adducto proſtrat⁹ ad pedes eius rex veniã petijt: ⁊ vt filiũ ſuũ quẽ precib⁹ ſancti dñm ſibi cõceſſiſſe nouerat baptizaret: inſtantius poſtulauit. Ille xp̃o primam de venia petitionem exaudiuit: ſed ſecularib⁹ negocijs implicari nolens ſecundã recuſauit. Tandem victus precib⁹ annuit voto regis. Et cum baptizaret̃ infans tacentibus cunctis reſpondit amen. ¶ Poſt hec ipm̃ rex in traiecteñ. epiſcopũ ſublimari fecit. Ubi cũ verbum predicationis cõtemni videret in vaſconiã iuit. Et dum ibi predicaret: ⁊ quidam iaculator ipm̃ irrideret: continuo a demone arripitur: ⁊ proprijs dentibus ſe diſcerpẽs: ꝙ viro dei iniuriã fecerit confitetur: ⁊ tandem miſerabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidã aqua lotionis manuũ eius oculis perfuſus illuminatur. ¶ Cum in quodam loco de voluntate regis monaſterium conſtruere vellet: ⁊ epiſcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: miſit ad eum famulos ſuos: vt aut ſanctum inde expellerent: aut doloſe occiderent. Qui veniẽtes ei in dolo ſuggeſſerunt: vt ſecum pergeret: ⁊ ſibi locum aptum ad monaſterium conſtruendũ oſtẽderent. Qui malitia eorum per ſpiritum agnita: ad cacumen montis cum eis acceſſit: vbi eũ occidere diſponebant: eo ꝙ ⁊ ipſe martyrium affectaret. Subitoq; tanta pluuia ⁊ tempeſtate mons tegitur: vt ſe mutuo videre non poſſent. Qui ſe mori putantes: proſtrati veniã poſtulabant: ⁊ vt eos viuos abire permitteret exorabant. Ipſeq; orationẽ fudit: ⁊ mox ſerenitas illuxit: epiq; famulos amandus in pace dimiſit. Poſt que multa alia miracula faciens in dño feliciter obdormiuit. viij. idus februarij: circa annũ dñi. cccccc xx. tp̃e heraclij ĩpatoris.

¶ De ſancta Dorothea virgine ⁊ martyre. Cap. ci.

Dorothea v̾go ⁊ martyr apd̾ ceſareã cappadocie paſſa eſt. Cui⁹ cum due ſorores chriſta ⁊ caliſta: que in tormentis territe fuerant apoſtataſſent: tradita eſt Dorothea virgo a iudice duabus ſororibus ſuis: vt ipſius animũ ad deorum ſacrificia inclinarent. Quas diuino nutu ſancta virgo verſa vice ad fidei veritatem reuocauit: ⁊ ad martyriũ animauit. Qua de re ipe ſctẽ ambe in cuppã miſſe ⁊ in conſpectu ſororis incenſe xp̃o animas tradiderunt. ¶ Dorothea xp̃o in cataſtam leuata ⁊ palmis diutiſſime ceſa tandẽ data ſentẽtia ad decollandũ ducta eſt. Que dũ ad paſſionem tenderet: ſcolaſticus quidem nomine theophilus virginem irridendo rogauit: vt quia ad paradiſum ſponſi ſui pergere ſe dixerat: de ipſo paradiſo roſas ſibi aliquas deſtinaret. Qđ ⁊ illa ſpopõdit. Dũ aũt iugulo feriẽda foret: aſtitit ei iuuenis cernẽtib⁹ multis: qui ei dẽ in ſinu ſuo tria mala ⁊ tres roſas ꝑſentauit: quas ſibi de ꝑadiſo ſpõſi ſui attuliſſe aſſeruit.